RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Augustin Balthasar von

Programma Qvo Augustinus De Balthasar J. U. D. Et Prof. Ordin. Facult. Jurid. Senior ... Ad ... Dn. David Theodor De Balthasar Ill. R. Dicasterii Referendarii, Disputationem Inauguralem De Origine Feudorum In Genere, Præcipue Oblatorum In Pomerania Horumqve Indole. D. Sept. An. MDCCLXII. B. C. D. Habendam ... Invitat : Simulqve In Recensendis Vitis Professorum JCtorum Gryphiswaldensium, Pergit

[Greifswald]: Imprimebat A.F. Röse, [1762?]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877359776

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0001
DFG

K. K. — 2 (137.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0002
DFG

1. Verzeichniß der jährlichen Sammlungen, der unter dem Nomen collectorum historiae et juris patrii vellejan Leuchenden Gesellschaft. Greifsw.
2. Verzeichniß der Pommerschen Gesellschaft, unter dem Nomen Collectorum historiae et juris patrii. Greifswald
3. Ahda, gesetzen beym Abschied des Grafen von Putbus, von Balthasar.
4. Die Mittel zu Aufnahme des Vaterlands durch Akademien so wie durch die Aufsaßen der Selben betreffend. von Balthasar.
5. Verzeichniß einiger Stipendien und andern milden Vermächtnißen, welche zu Greifswald der Akademie gestiftet.
6. Balthasar, de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa nuptias
8. Balthasar, program ad Hasselberg disputat.: de contractibus et act. bonae fidei et str. juris.
9. Balthasar progr. ad Starmann disput. de praerogativa juris germanici prae jure romano, in materia pactorum dotalium.
10. Balthasar progr. ad Fischer diss. de pecunia usuraria in contractu locationis cond. soluta, ejusque in Concursu Creditorum.
11. Balthasar progr. ad Ihen diss. de usufructu paterno in Studiis familiarum familias.
12. Balthasar progr. ad Rudolf. diss. de indole genuina simultaneae s. Germ. investiturae cum longobardica collatae.
13. Balthasar progr. ad Hess diss. de jure principis circa baptismum.
14. Balthasar progr. ad Balthasar diss. de jure peregrinorum singulari in processum.
15. Balthasar progr. ad ab Ihen diss. de divortiis matrimonii consummati.
16. Balthasar progr. ad Schomer diss. de libris s. matricularis ecclesiae etc.

17. Balthasar, pragr. ad disp. Heyberg, de ~~jure~~ usuris in concursu creditorum J. Lubecens. in eadem classe integre adjudicandis.

18. Balthasar pragr. ad disp. de Palterii, de favore depositi.

19. Balthasar pragr. ad disp. Meyeri, de remissione ~~in~~ mercedis in locatione praediorum rusticorum ab ingens damnum ex hac pecorum conductori contingens.

20. Balthasar pragr. ad disp. ~~Schiffelii~~ Schiffelii, de furcifera ab intest. ex jur. Lubecens.

21. Balthasar, pragr. ad disp. Balthasari, de origine Slavorum in genere, praecipue oblatorum in pomerania Borumque indole.

22. Balthasar, de poena adulterii.

23. Westphal et Balthasar de Serenissimorum ducum pomeraniae meritis in rem literariam.

24. Balthasar de intellectus facultatibus ad voluntatem Dei spiritus sancti ductu componendis.

25. Balthasar, de voluntate ad Angelorum Sanctitatem.

26. Balthasar, de justificatione non physica sed forensi ad festum surrectionis Christi pie celebrandum.

27. Balthasar de electrifatione spirituali.

28. Balthasar de diis gentium tutelaribus ex antiquitate quaedam.

29. Balthasar an, et quatenus illud restauratae humanae salutis medium ratione investigari possit a.

30. Balthasar, de locis religiosis.

31. Balthasar, de linguae usu et abusu morali.

32. Balthasar, pragr. ad festum archangelis increati michaelis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877359776/phys_0004
DFG

PROGRAMMA

QVO

AUGUSTINUS DE BALTHASAR

J. U. D. ET PROF. ORDIN. FACULT. JURID. SENIOR,
ET AD HUNC ACTUM DECANUS,
REGII CONSISTORII REGIÆQVE SOCIETATIS TEUT. GRYPH. DIRECTOR

AD

GENEROSISS. ATQVE DOCTISSIMI

DN. DAVID THEODOR DE BALTHASAR

ILL. R. DICASTERII REFERENDARII,

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

De *ORIGINE FEUDORUM IN GENERE, PRÆCIPUE OBLATORUM IN POMERANIA HORUMQVE INDOLE.*

D. SEPT. AN. MDCCLXII.

B. C. D. HABENDAM

MAGNIFICUM DN. ACADEMIÆ PRO-RECTOREM
GENEROSISS. REGII DICASTERII DN. DIRECTOREM
ET UTRIUSQVE ILLUSTRIS COLLEGII

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS URBANI PROCERES
ET VENERANDI MINISTERII ECCLESIASTICI ANTISTITES
GENEROSSISS. NOBILISSIMAMQVE DN. STUDIOSORUM

COHORTEM

EA, QVA DECET, HUMANITATE INVITAT;

SIMULQVE

IN RECENSENDIS

VITIS PROFESSORUM JCTORUM GRYPHISWALDENSIUM,

PERGIT.

IMPRIMEBAT A. F. RÖSE.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0005
DFG

Si unquam lætabundo animo actum Promotionis solennis peragendum suscepi, sane hoc tempore, quo decima quinta vice peracta, agmen claudo, maxime lætor mihique gratulor; quod, sæviente adhuc per omnem fere Europam in genus humanum diro Bellonæ furore, immo, accensis jam novis discordiæ facibus, primus sim, qui restituta Patriæ nostræ alma pace, utinam sit perpetua, cathedram Academiæ conscendam cum Candidato, qui tam ob morum honestatem, quam eruditionis laudem, se omnibus probavit; in cujus laudes ulterius excurrere, cum proxime sanguinis vinculo mihi junctus sit, ex Fratre germano mihi nepos charissimus, modestia omnino prohibet.

Hic, cum per aliquot annorum spatium jam muneri publico fuerit præfectus, dum illustri Collegio Regii Dicasterii ut Referendarius sit associatus, hancque spartam omnium cum applausu gesserit; ne amori erga studia academica, ut iis plerumque in more est, qui ex Academia in Forum transeunt, nuncium misisse videatur, laudabile cœpit consilium, gradum assumere academicum, quo animi sui dotes pluribus usui fierent, ipseque publice testetur: Se non sibi, sed aliis vivere. Feliciter itaque & cnm laude exantlato utroque examine, & recitatis publice lectionibus, quas dicere solemus cursorias, jam in eo est occupatus, ut publice quoque testimonium solidæ suæ eruditionis in cathedra exhibeat. Ideoque non tantum proprio Marte conscripsit Dissertationem juris feudalis, ut elegantem, ita & praxi inprimis patriæ quam maxime accommodatam; sed & eandam publice jam defendendam in se suscepit; quo actu feliciter & ex voto succedente, gradus Doctoris in utroque jure eidem conferendus est. Ad quam solemnitatem cœtum eruditorum publico Programmate invitari, moris est. Antequam autem hoc officio defungar, pro instituti semel suscepti ratione, in recensendis Vitis Professorum JCtorum Gryphiswaldensium perquam; Producendus itaque hac vice in scenam, qui si PETRUM SVAVENIUM & GEORG NORMANNUM excipio, quorum vitam nuper in *Epistola gratulatoria ad Cand. Dn.* JOH. FRID. WUNDERLICHIUM descripsi, ordine est.

XXVII.

XXVII. FRIDERICUS MEVIUS.

J. U. D. & Profess. nec non *Judicii Ducalis Wolgast. Consiliarius & Consist. Ducalis Assessor.*

Patre THOMA MEVIO, JCto ac Prof. in hac alma celeberrimo, cujus vitam supra Num. XI. jam absolvimus, & Matre ANNA FALCKEN in lucem editus est Gryphisw. a. 1576. d. 9. May. Cum vero eidem, vix quartum ætatis annum attingenti, fati inclementia patrem e vivis abripuerit, a matre charissima unice educationis cura fuit suscepta, cujus quasi cum lacte prima pietatis semina hausit. Adultiori ætate ad studia humaniora animum applicuit; Elucebat in eo mox, ut solet in generosis animis, singularis ingenii acumen; quo fiebat, ut jactis feliciter in schola patria artium & linguarum fundamentis, de consilio Viri ampliss. Dn. DANIELIS RUNGII, tunc Professoris, post Cancellarii Wolgastani gravissimi, Affinis sui, juris studio se traderet, & primum in Academia patria eidem sedulo invigilaret; mox autem ad illud continuandum in Academiam Francofurtanam semet conferret, ubi per biennium substitit. Reversus inde Wittebergensem, Lipsiensem, Marpurgensem, Julianam, & Tubingensem adiit, inque iis per aliquot annos subsistens, pertexendæ telæ inchoatæ operam navavit; quo factum, ut clarissimorum Professorum ibidem florentium, inprimis GÖDDEI, VULTEJI, ANTON. MATTHÆI, BOCERI & HARPRECHTI, istius Seculi luminum, amicitia dignus judicatus fuerit egregiisque testimoniis ornatus in patriam redux factus, & mox post reditum a. 1605. nutu ac auctoritate Clementissimi Ducis PHILIPPI JULII Professio juris extraordinaria in Academia patria eidem demandata fuerit.

Ao. 1607. d. 16 Jun. ipsi consveto solennique ritu gradus Doctoralis in utroque jure conferebatur eademque festivitate nuptias celebravit cum ELISABETHA RHAUEN, filia Summe reverendi & clariss. viri Dn. BALTHAS. RHAUEN, S. S. Theol. D. & Prof. in hac Academia ex ANNA SCHURFFIA nepte incliti illius JCti Witteberg. HIERONYMI, & relicta DAVIDIS RUNGII S. S. Theol. D. ac Profess. Wittebergensis longe celeberrimi

vidua. Eodemque adhuc anno d. 18 Jul. in numerum Professorum ordin. cooptatus, simulque illustriss. Ducis & Judicii Wolgast. Consiliarius tandemque Consistorii Ecclesiastici Assessor electus. Ao. autem 1621. d. 1 Nov. prima & 1631. d. 15 Nov. altera vice Rector Academiæ publice, consveto more solenni declaratus est.

Cum vero valetudo corporis ejus admodum fuerit imbecillis, frequenter enim cum morbis conflictabatur, ideo etiam a. 1634. d. 28 Martii, cum Præfectura Eldenaviensis a Legatis Sereniss. Ducis solenni actu, præsentibus omnibus Academiæ membris traderetur, noster morbo domi lecto affixus tenebatur, ut huic solennitati interesse haud potuerit. v. *Annal. acad. ad h. l.* Asthmatis sæpe, sæpius scorbuti variis symtomatibus affligebatur, & licet ipsorum mitigata atrocitas reconvalescentiæ spem aliquando præberet, mox tamen recidiva morborum vis indies majores vires assumsit, ut nullo penitus remediorum usu infringi potuerit. Annus itaque 1636. & d. 7. Jul. agebatur, quo ejus anima, corporeis vinculis soluta, in cœlum evolavit; in ærumnosa hac miseriarum valle annos 60 & 2 menses transigens. v. CRAMERI Pom. Kirchen-Chronick *L. IV. Cap. 47.*

Quanto cum studio & labore in Academiæ hujus & studiosæ Juventatis emolumentum, quantaque cum dexteritate officiis suis præfuerit; Quam promptus in negotiis, quam expeditus in Consiliis fuerit, quam dexter in extricandis Nobilium controversiis, quantaque cum laude Rectoratum hujus Academiæ bis, Decanatum vero Facultatis jurid. aliquoties gesserit, evidentius est, ut testatur b. MATTH. STEPHANI in Progr. emortuali d. 11. Jul. 1636. conscripto, unicam plagulam in 4 explente, quam ut a nobis hoc loco proponi possit. Ideoque ut de laudibus hujus viri ejusque in Academiam mertiis eo prolixius constare posset, Dn. HERM. QVIRINUS J. U. D. de Vita & laudibus sui Præceptoris publice peroravit.

JOH. HEUNIUS in *Prosopographia sua metrica*, sæpius jam citata, sequenti rithmo memoriam ejus prosequitur:

Jura

Jura colens & jura docens & jura ministrans,
Gryphiacam decoras perpete laude scholam.

Ex conjuge sua 4 suscepit liberos. 1) THOMAM, qui mox secundo ætatis anno rebus humanus excessit. 2) DAVIDEM, magnum illud universi orbis literati oraculum, cujus vitæ curriculum, cum uberiori recensione Scriptorum ejus, tam editorum, quam ineditorum, si Deus vitam & otium mihi concesserit, sigillatim cum publico sum communicaturus. 3) Filiam ELISABETHAM, nuptam consultissimo Viro Dn. HENNINGO GERDESIO, Civitatis hujus tum Syndico, post Consuli ac Consiliario provinciali designato, quem ex matre Pro-avum veneror. 4) MARGARETHAM, in ipso juventutis flore decidentem.

SCRIPTA,

quibus posteritati nomen suum commendavit, prostant sequentia:

1. Disp. inaug. de *in integrum restitutione*, habita sub Præs. JOACH. STEPHANI. Gryph. 1607.
2. Disp. de *Processu judiciario*. Gr. 1609.
3. Disp. 1. de *Testamentis*. Gr. 1610.
4. Disp. 2. de *Institutionibus & substitutionibus heredum*. Gr. 1610. d. 24. Febr. ventilata.
5. Disp. 3. de *Infirmatione Testamentorum ex causa irriti & inofficiosi Testamenti*. Resp. JOACH. VOLSCHOVIO. Gr. 1610.
6. Lectiones cursoriæ de *Regalibus Majestatis Fiscique juribus*. *Gryph. 1613.*
7. Disp. de *acquirendo rerum dominio*. Gr. 1613.
8. - - de *Successione legitima*. Gr. 1615.
9. - - de *Successione feudali*. Inaug. Dn. JAC. RUNGII. 1618.
10. - - de *Actionibus*. Gr. 1620.
11. - - de *Fisco Principis*. Inaug. HENN. GERDESII. Gr. 1620.
12. - - de *Transactionibus*. Inaug. Dn. J. VOLSCHOVII. 1622.
13. - - *Juris feudalis synoptica*. Gr. 1622.
14. - - de *Testamentis*. Gr. 1633.
15. - - de *Jure Patronatus ecclesiarum*. Gr. 1633.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn877359776/phys_0009 DFG

XXVIII. JACOBUS RUNGIUS.

J. U. D. & Prof. Ordinarius, Aulæ Ducalis Consiliarius.

Patrem veneratus est DANIELEM, J. U. D. & Acad. Gryph. Professorem Ordinar. Aulæque Ducalis Wolgast. Cancellarium. Cujus Vitam supra *Num. XXI.* descripsi. Matrem vero ELISABETHAM, THOMÆ MEVII, Profess. itidem Gryphisw. filiam & FRIDERICI, præcedenti Num. adducti, sororem.

Natus est Gryphiswaldiæ, ubi in schola publica prima studiorum jecit fundamenta, quibus ad altiora præparatus a. 1607. d. 19 Jul. una cum Agnato suo ejusdem nominis, FRIDERICI RUNGII, tunc Concionatoris aulici, post Gen. Superint. filio, sed nativitate Wolgastano, ut civis Academiæ patriæ nomen dedit; ibique ex ore AUGUSTINI RHAU, FRID. GERSCHOVII, & FRID. MEVII Jurisprudentiæ hausit principia. His bene instructus a. 1610. exteras salutavit Academias, primumque excurrit *Wittebergam;* ubi per integrum quinquennium, & quod excurrit, hærens, ante abitum a. 1616. sub Præs. BALTHASARIS HENCKELII, Prof. jur. ibidem celebratissimi, qui dein R. Sveciæ GUSTAVO ADOLPHO a Consiliis & negotiis gerendis, seu, ut dicimus, *Agent* erat, defendit *Disp.* ex Collegio Feudorum de *Regalibus Majestatis*, & aliam ejusdem Collegii, quæ numero sexta est, de *Regalibus Fisci.* Hinc adibat celebria illa Musarum emporia *Lipsiense* ac *Jenense.* Porro excurrebat *Erfurtum* & inde *Heidelbergam*, quo institutione ibidem florentium Doctorum ac Professorum Juris, quorum fama per omnem terram dispersa, puto DIONYSII GOTOFREDI & RHEINHARDI BACHOVII, frueretur; &, ut etiam praxin Cameræ Imperialis sibi redderet familiarem, *Spiram*, tunc inclitam sedem hujus Judicii, se contulit, ibique visitavit ex sorore GERTRUDE nepotes JOHANNEM & DANIELEM FABRORUM fratres; quorum prior tum J. U. D. & Spirensium, post Lubecensium Syndicus; alter vero J. U. D. Advoc. Cam. post Consiliarius Luneburgensis inclarescebant. Hic per temporis intervallum commoratus *Tubingam* tendit, ubi JOH. HALBRITTERI, Professoris ibidem famigeratissimi, informatione in Themidos placitis nec non familiarite reverenter usus fuit. Hanc Musarum sedem

cum

cum *Argentoratensi* commutavit, ubi celeberrimorum JCtorum, ibidem fama charissimorum, JUSTI MEIERI, CASP. BITSCHII & JOH. MICH. BEUTHERI, MICHAELIS, olim Profess. Gryph. filii, Scholas sedulo frequentavit. Ab hinc fama FRID. MARTINI eum *Friburgum* in Brisgavia allicuit; nec dum literaram multarumque rerum cognitione satiatus *Basiliam* iter direxit, ubi bina vice Cathedram ascendit, primum sub VALENT. MELASII d. 18. Jul. 1617. *Disp.* de *Rebus creditis;* dein Dn. JAC. GRASSERI J. U. ibidem DD. ac Professorum longe celeberrimorum Præsidio publice, non nisi omnium applausu, defendit.

Postquam itaque sic magnis diurnis nocturnisque itineribus se se extenderat & ubique ea, quæ ad augendam eruditionem sibi proficua videbatur, collegerat, tandem de reditu in Patriam, quæ fructus laboris ac industriæ exposcebat, cogitabat; Iter itaque bonis avibus ingrediebatur, et in ipso itineris cursu insuper multas, quas hoc tractu Germania continet Civitates, perlustrabat. Tandem multijuga eruditione onustus, feliciter ad Patriam civitatem rediens, antiquam cum musis Gryphicis recoluit amicitiam, &, ut eo melius aliis, inprimis studiosæ Iuventuti, usui esse possit, non diu cunctatus, sed mox Facultatem juridicam literis, ut decet, supplicibus adiit, & ut summos in jure homores sibi conferat, modeste petiit. Cui etiam honesto desiderio cum Facultatas deesse haud potuerit, ipsum ad consueta subeunda tentamina admisit. Exantlato itaque cum laude utroque examine, ut publicum quoque eruditionis suæ ederet documentum, eodem adhuc anno d. 17. Dec. sub Præsidio FRID. MEVII inauguralem ventilabat Disputationem de *Successione Feudali,* prout Decani Program. sub d. 13. Dec. e. a. indicat, simulque ipsi docendi disputandique licentia concedebatur.

Sic itaque satis probata hujus viri eruditione, Facultas juridica æque ac Concilium acad. nullatenus hæsitavit, eundem in Socium laboris assumere; ideoque, annuente & commendante Principe, Patri, DAN. RUNGIO, Cancellario Wolgastano, in Officio Professoratus substituebatur; testantibus id *Annal. Acad. h. a.* Quantum etiam ob morum probitatem solidamque in jure

re ſcientiam apud Principem, hoc tempore regnantem, PHILIPPUM, inierit gratiam, vel inde elucet, quod hic eundem eodem tempore inter Conſiliarios ſuos aulicos recipere dignatus fuerit; v. MICRÆL. *Chron. Pom. L. V. n. 11. p. 170.* & Dn. Gen Sup. de BALTHASAR in ſeiner 2 Saml. p. 637. Utramque ſpartam ipſi carmine litino gratulabatur THIMOT. LAURENT. GERSCHOVIUS, cui vitæ ejus, hactenus peractæ, breve curriculum inſeruit, ſimulque pagina inverſa ejus Geneologiam expoſuit. Utrumque dimidium ſaltem unius plagulæ explet. Mox quoque a Principe ſuo in Conſilium Wolgaſtum evocabatur.

Hic ſponſalia inibat a. 1621. d. 27. Junii cum AGNISA SELTRECHTEN, Dicaſterii ibidem Directoris ſplendidiſſimi graviſſimique; v. Dn. Gen. Sup. de BALTHAS. *c. l.* & mox d. 5. Sept. e. a. Brabeuta FRID. MEVIO, ipſi ſummi in jure honores doctorales conferebantur & eodem adhuc anno illuſtr. Princeps eundem cum duobus aliis Academiæ præſentavit Profeſſorem extraordinarium, qui etiam mox d. 4. Nov. ej. a. in numerum Profeſſorum cum reliquis recipiebatur. A. 1623. d. 23. Sept. nuptiarum ſolennia Wolgaſti inſtituebat, præſente illuſtriſſ. Principe & Principiſſa totaque aula; quæ carmine gratulatorio latino condecorabat THIMOTHEUS GERSCHOVIUS, adjecta deſponſatorum genealogia. Suaviſſima autem hac conjuge per mortem orbatus, novas cum CATHARINA ENGELBRECHTEN, CHRISTOPHORI, Conſulis Gryph. & GERTRUDIS SCHUMACHERS filia, contraxit nuptias. v. MICH. GERSCHOVII *Catalogum Patronor. Fundator. &c. & Profeſſorum Gryph. n. 191.*

Anno 1633. teſtantibus *Annal. Acad.* numerum Profeſſor. ordinariorum auxit; Verum, cum in Aula Wolgaſtana commoraretur, hanc functionem ordinariam non adiit, potius in *Annal. Acad.* ad a. 1635. legimus: *Hoc anno d. 25. Nov. diem ſuum obiit Wolgaſti Dn.* JACOBUS RUNGIUS, *Conſiliarius Ducalis vocatus, non autem receptus ob mortem intervenientem quartus Profeſſor in Facultate juridica.* D. JOHANNES HEUNIUS *ſupra c. l.* ſeq. diſticho memoriam ejus poſteritati commendavit:

Aulæ

Aulæ judicio cum laude præesse juberis
Ac pariter nostrum jura docere gregem.

Ex secundo Conjugio duos post se reliquit filios, DANIELEM & Christophorum, tempore obitus matris CATHAR. ENGELBEECHTEN, qui in An. 1646. incidit, adhuc Studiosos adolescentes.

XXIX. JOHANNES BURGMANNUS

J. U. D. & Prof. extraord. Consiliarius & post Regii Dicasterii Director.

Natus Gryphisw. 1589. in Festo Martini d. 18. Nov. Patre JOACHIMO, Dicasterii quandam Ducalis, quod tum Wolgasti sedem habuit, Protonotario fidelissimo, A. 1627. d. 26. Sept. Matre BARBARA PAPKEN, quæ ad ultimum mensem gravida Wolgasto, Parentes & amicos invisendi causa, huc excurrens, præter spem partitudinis doloribus præventa, hunc ipsum feliciter in urbe nostra enixa est. Avum agnovit paternum, AUGUSTINUM, aulæ ducalis BARNIMI XII. Rugenwaldensis, Præfectum (Hofmeister) & Aviam ANNA RUNGEN; Maternum vero HANS PAPKEN, Civem & Mercatorem Gryph. & Aviam maternam URSULAM CARINS.

Prima doctrinæ fundamenta in patria Schola Wolgastana posuit sub informatione Dn. M. JULII COLERI, & successoris ejus in officio PAULI LECUMECHII; Adolescentibus annis jussu Parentis Lubecam concessit ibidemque ulterius in Gymnasio studiis operum locavit, ut, jactis latinæ & græcæ linguæ nec non artis poeticæ solidioribus fundamentis, cum fructu altiora academica studia tractare potuerit. Proinde initio selegit Academiam nostram patriam; clarebant tunc temporis inter reliquos per celebres viros & Antecessores, Venerandi Dni JOACHIMUS & MATTHIAS STEPHANI, sub quorum directione Collegia aliquot privata, item disputationes privatas & publicas, egregia cum laude per tres fere annos instituit. Ventilabat quoque sub Præs. LAURENTII STEPHANI, J. U. D. JOACHIMI filii, disputationem ex *prima parte ff.* desumtam, quæ in collectione *Præsidis VII. Disp. ex 7. prioribus ff. partibus desumtarum* & Gryphisw. 1609. in 8. editarum, primum occupat locum.

Ab hinc ad superioris Germaniæ plurimas urbes & Academias visitandas profectus, præprimis in Wittenbergensi & Altorffina studiorum excolendorum gratia per aliquod temporis spatium substitit.

Unde a. 1615. in Patriam redux a Celsiss. Principe PHILIPPO JULIO subsequente ao. 1616. pro Secretario ad probam, ut tum temporis mos & stylus Curiæ ferebat, in Judicio ducali, quod Wolgasti erat, receptus fuit. Quam spartam haud multo post cum ordinario loco commutavit. Ornavit eandem tam solerter, ut dignus judicatus fuerit adjungi Legatis, ex aula ad Comitia Warsoviensia missis.

Hac ratione se indies habiliorem reddens, a. 1621. d. 20. Dec. habita publice sub *Præsid.* RRID. GERSCHOVII *Disputatione Inaug.* de *Jure Pignoris & hypothecæ* a. seq. 1622. d. 5. Aug. a Duce Wolgast. ad Professionem extraord. cum titulo Consiliarii Principis fuit vocatus, eodeque anno d. 10. Sept. gradum Doctoris in Acad. Gryph. assumsit, simulque ANNAM RUNGEN, b. DAVIDIS, Th. D. & Prof. filiam & FRID. MEVII Prof. jur. privignam, connubii vinculo sibi associavit. Ao. 1629. disputationem de *Mutuo* publice ventilavit. Ao. 1630. cum reservata Professione juris extraord. Assessor Judicii Ducalis ordinarius factus est. Ao. 1631. d. 7. Jan. quo Milites cæsareani nostram adhuc occupatam tenebant civitatem, fatalis ipsi casus contigit, quod præter meritum, ad minimum præter cogitationem suam, a Colonello de PERUSSIS sat indigne fuerit tractatus; referentibus id *Annalibus academ. ad h. a.* (*).

Anno

(*) Operæ erit pretium, hæc fata hujus Viri celeberr. verbis Gener. Superint. BARTH. BATTI, tt. Rectoris Acad. uberius hic recensere. Ad instantiam siquem Ducis Cæsarei de SABELLIS omnes tum Professores, cæteroquin Jurisdictioni Universitatis subjecti, arma sua Magnif. Dno Rectori jussi erant in fornicem Collegii comportare. Hoc non attento cum Dn. JO. BURGMAN, suo quodam usus consilio, cistam, bombardis refertam, a Nobili quodam apud se depositam, inque cella sub terra desossam retinuisset, & nihilominus ex habitatione sua emigrasset; hanc, tanquam possessionem desertam atque vacuam,

Anno 1632. d. 13. Febr. novum conjugii vinculum inibat cum SYBILLA LANGEN, GEORGII filia & JOACHIMI MILOVII illustriss. Megapol. Ducis Quæstoris vidua. V. GERSCHOVII *Catal. Fundat. Rector. & Professor. &c. n. 21.*

Ao. 1637. extincta per obitum illustriss. Ducis BOGISLAI XIV. stirpe Ducali, Judicium Dicasterii ut & reliqua cessabant, noster cuam, quidam ex Capataneis Cæsareis, HENRICUS DRANCKSTEDE, occupavit, diligenti per suos instituta perscrutatione, omnes per domum angulos persodiens, tandem cistam illam deprehensam effodi curavit. Hoc, cum Colonello FRANC. LUDOV. de PERUSSIS, Demmino huc reduci, innotuisset, per Regiminis sui Prætorem apud Rectorem & Senatum Acad. instituta contra BURGMANNUM criminali actione, eum Perduellionis postulavit, præsertim quod bombardas illas ad transfugam pertinere intellexisset. Actor expresso Ducis mandato Burgmannum in actis appellavit einen vornehmen, gelehrten Mann. Reus, impetrata ad sui defensionem aliquot dierum dilatione, arresti vinculo constrictus, in Musæo suo se continere jussus est.

Hic interim, re ad Ducem de SABELLIS delata, intercessionem ad Colonellum de PERUSSIS impetravit. Huic tum relaxationi arresti, a Dno locum tenente PALANTÆ impetratæ, confisus reus, posthabita fideli admonitione Senatus Academici, ne id faceret, Dom. 3. post Epiphan, d. 30. Jan. incautius exiit, sacris publicis ut interesset. Hoc, ubi Colonello de Perussis innotuit, eum e Templo redeuntem in platea publica a militibus interceptum, in carcerem publicum, die furze Guardie, (Corps de garde) dictum, abduci jussit; inque eo ad quatuordecim prope dies, quod Dn. Burgmanni Cognati & affines pro ipso ut fidejuberent, ægre adduci paterentur, non sine maxima Ordinis nostri ignominia detinuit.

In absentia Ducis de PERUSSIS post lapsum 4. hebdomadum Obrist-Lieutenant BALAND arrestum ad frequentanda Sacra & tandem liberum exitum intra Civitatem relaxavit; quam relaxationem Academia confirmavit, cum inhibitione tamen, ne ante causam plane sopitam e civitate exiret. Causam BURGMANNI egit RUDOLPH HAGMEISTERUS, qui in eo præsidium quæsivit, quod arma

 gerere

noſter itaque, irrumpentibus denuo in Patriam copiis Cæſareis, ad ſubterfugiendum militum periculum, quorum furorem jam antea expertus, cum reliquis Officialibus aulicis Wolgaſto in Daniam ſeceſſerat, unde a. 1639. juſſu Reginæ Chriſtinæ reverſus, extraordinariæ Profeſſioni in jure, ſibi ſemper reſervatæ, iterum præeſſe cœpit. v. *Annal. Acad. h. a.* Cum itaque eod. adhuc anno d. 28. Nov. ſolennis promotio doctoralis in Fac. jurid. inſtitueretur: Capitulum Camminenſe, quod ſede vacante habet adminiſtrationem jurium epiſcopalium, Procancellariatus munus deferebat Burgmanno noſtro, Profeſſori adhuc extraordinario; verum, hic pridie ante promotionem gravi hypochrondriaco morbo correptus, Facult. jurid. denunciari curravit, ſe ob ægritudinem non poſſe ſuſtinere demandatum officium. Facultas jurid. hoc ipſo impedimento valde conſternata fuit, cum omnia ad actum doctoralem & convivium jam eſſent præparata, & Dn. Procancellarius ſubdelegandi poteſtatem non haberet. Verum, Deus T. O. M. præter omnem exſpectationem decumbenti Procancellario tantas ſuppeditavit vires, ut actui Promotionis intereſſe & Commiſſionem expedire ipſe potuerit.

Ao. 1641. d. 10. May Dni Commiſſarii Regii, adminiſtrationem Præfecturæ Eldenav. ordinantes, JOH. PAPKEN, Conſiliar. aulicum una cum noſtro BURGMANNO, tanquam ſpeciales Commiſſarios conſtituebant, cum Univerſitate in pto. Liquidationis & LIC. VÖLSCHOVIO, Præfecto Eldenavienſi, tranſigendi. v. *Annal. Acad. h. a.*

Cum tandem ſtabilito in hac Provincia Regimine Regio, ejus nomine ac auctoritate Judicium Dicaſteriale a. 1642. d. 25. Jul. Feſto Jacobi reintroduceretur, & noſtro priſtinum officium

gerere in ſe non ſit prohibitum; Mandatum autem de armis deponendis Univerſitati haud immediate eſſe inſinuatum, ſed ſaltem per Magiſtratum urbanum, quod nullius eſſe momenti. Tum etiam nihil cauſæ ſubeſſe, ut criminaliter contra ipſum agatur, cum rigor militaris diſciplinæ ad literatos non quadret, qui jure Communi judicandi ſint. Dux excuſavit factum mediatæ per Magiſtratum inſinuationis & ignorantiam prætexit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0016
DFG

officium restitueretur, qui & Professioni extraordinariæ, sibi reservatæ, studebat, ut ideo Rectori & Concilio Acad. an. 1643. d. 4. Jan. solennem protestationem insinuaverit, quod ipsius nomen & propositum in Catalogo Lectionum non designatum deprehenderit, cum tamen Professor extraordinarius sit.

Ao. 1650. d. 6. Apr. ex placito Collegii juridici ejus Decanus, JOACH. VÖLSCHOVIUS, collocutus cum Dn. JOHAN. BURGMANNO expiscandi gratia, num, si Facultas eum nominaret, in locum Dn. MATTH. STEPHANI, p. m. eam conditionem acceptare malit; Sed, ille renuit & dixit: Se hac vice juri suo, quod alias per benignissimam Reginæ concessionem haberet, renunciaturum, alias illud ipsum sibi reservaturum alio tempore. v. *Ann. Fac. jurid. h. a.*

Tandem post mortem BORCKII a. 1656. Vice Directoris, & a. 1661. Directoris ordinarii munus in Dicasterio Regio ipsi fuit concreditum. Obiit 1662. d. 15. May. æt. 72. an. 6. mens. præter aliquot dies. Pietatis in Deum, liberalitatis in pauperes Ecclesiamque evidens post se reliquit documentum, quod suggestum in Basilica nostra St. Nicolai a Socero ejus, GEORGIO LANGE, a. 1612. magno cum ornatu exstructum, at, turri vi ventorum a. 1650. dejecta, funditus destructum, præsenti forma ac ornatu restituerit. Uti effigies horum virorum cum inscriptionibus, quæ in frontispicio januæ conspiciuntur, indicant.

Vitam ejus edidit D. JOH. HENNIG in *Progr.* quod nomine Academiæ ad justa ejus exequialia conscripsit; nec non Generosiss. Dn. JO. FRANTZ de BOLTENSTERN. Regii Dicast. Adsessor. dignissimus. a. 1736. 4.

HEUNIUS in *all. Prosopographia metrica* sequens ipsi posuit monumentum:

Antistes magnus, direxti hic rite tribunal
Et tibi regalis credita jura fori.

UXORES ejus fuerunt 1) ANNA RUNGEN, D. DAVIDIS & ELISABETH RHAUEN filia, quæ tamen improlis decessit 1630. d. 9. Aug.

9. Aug. v. *Ann. Acad. h. a.* & Progr. in obitum ejus a LAUR. LUDENIO, Acad. t. R. publicatum, in 4.

2. SYBILLA LANGEN, GEORGII, Mercat. Gryphisw. & templi Jacobæi Provisoris, & BARBARÆ, Consulis BERTR. SMITERLOVII filia; Neptis GEORGII, Civis & Mercat. Gryph. Proneptis JOHANNIS, Civis & Mercat. Gryph. Abneptis JOHANNIS, qui in aula D. BUGISL. X. educatus &, ut in itinere hierosolymitano ejus comes fuit, sic & postea in ejus ministerio mansit. Hic est filius incliti istius HANS LANGEN, Rustici in pago ducali Lantzke prope Rugenwalde, qui ob merita, in Ducem BOGISL. X. collata, non immerito Servator Pomeraniæ appellatur. De quibus Annales Pomeraniæ abunde testantur nec posteritas unquam adeo ingrata erit, ut ea reticescat.

FILII fuere 1) JOHANNES JOACHIMUS. Th. Cand. qui in uxorem duxit CATHAR. DENNEHLEN, HENRICI, Senatoris Sedin. filiam, ex qua tamen nullos vidit liberos, ipse quoque ut privatus a. 1702. diem suum obiit supremum.

2. JONAS GEORGIUS. Prof. jur. extraord. in Acad. Gryph. De quo infra dicendi locus occurret.

XXX. JOACHIMUS VÖLSCHOVIUS.

Nat. Gryphisw. 1591. d. 29. Jan. hora vespertina, Patre ejud. nominis, Senatore Gryph. & Matre SYBILLA MEVIA, FRIDERICI filia. Avo Paterno MARTINO VÖLSCHOVIO, Senat. Gryph. Avia REGINA ENGELBRECHTS, JOACHIMI hic locorum Senatoris, filia. Proavo paterno MARTINO, Senat. ac Camerario Gryph. & Proavia ejusd. lineæ GERTRUD HUNSTEDEN, Patritia Gryph.

Patre maturo fato ipsi prærepto, provida matris superstitis dilectissimæ cura ad literarum studia in Scholis privato publicis fuit ductus. Cumque ad 15. ætatis annum fuerit profectus, a. 1606. d. 24. Jan. Acad. patriæ nomen dedit. v. *Ann. Acad. h. a.* Verum mater, cum facultatibus, quæ studiorum prosecutio exigit, se destitutam videret, filium suum eodem adhuc anno *Sedinum*, ut mercaturæ ibidem operam daret, ablegavit. At

frater

frater ejus natu major, MOEVIUS, post Gener. Superint. de universa Ecclesia nostra meritissimus, implorato consilio Dni Superint. Sedinensis JACOBI SCHMIDTEN, s. FABRICII, Ephori olim paterni, matrem ab hoc proposito avertebat, neque in feliciter illa res successit. Promotus enim prædicti Dn. Superintend. FABRICII opera fideli ad liberalem in Convictorio Alumnorum pastum; dein quoque in Chorum Symphoniacum allectus, ut matri, viduæ, sumtuum compendium faceret. Per triennium itaque Sedini studiis incumbens, sub manuductione Dn. CHRISTOPH. BUTELII, & postea HUNNICHII, nec non BURCHARDI, jactisque liberalium artium fundamentis, ad *Lyceum patrium* revocatus; ubi studio juris laudabiliter operam impendit & a. 1611. sub Præs. JOH. TRYGOPHORI, Hist. & Poes. Profess. disputavit de *Justitia*. Gryph.

Absoluto ibidem intra quinquennium consuetum studiorum academicorum cursu, a. 1614. ab ERDMANNO, Barone in Putbus, ad Secretarii munus vocabatur, & anno seqq. 1615. cum filio ejusdem ad celeberrimas Europæ Civitates ac Academias iter suscepit. Adibat itaque cum pignore hocce, fidei suæ concredito, felici omine Academiam *Francofurth.* inde inclytam *Argentinensem*. Per biennium hic commoratus, *Basiliensem* in Helvetia visitavit. Qua occasione præter illam regionem *Lotharingiam*, *Sabaudiam* & nonnullam *Galliæ* partem invisit; Cumque eo tempore uniti Principes evangelici militem istis in locis alerent, accidit, ut juvenis Baro, amicitiæ Dn. Marggravii Badensis, Generalis Campo Ducis insinuaretur & ad recipiendam spartam militarem, heroica sua indole & avita Majorum virtute dignam, invitaretur; Cui proposito adstipulabatur Generosiss. Dn. Parens, nostrumque VÖLSHOVIUM, bene de filio suo meritum Ephorum, domum revocatum, amplissimis donis remuneravit.

Ab hinc noster JOACHIMUS iterum abituriens ad celeberrimas Imperii Civitates visitandas migravit, utpote *Melsheimiam*, *Tubingam*, *Jenam*, *Erfurtum*, *Lipsiam*, *Wittebergam*, nec non *Rostochium*. Ubique doctissimorum Virorum conversatione & amicitia fuit usus; qua de re publicum testatur documentum,

mentum, quod extat in *Præfat.* quam celeberrimus Archiater & Physicus Basiliensis, D. CASP. BAULINO, *Prodromo Theatri sui botanici* præfixit.

Magna sic animi divitiarum copia instructus ad patrios iterum Lares rediit, ubi, a. 1621. impetrata a Facult. jurid. docendi licentia, lectiones privatas in usum studiosæ juventutis aperuit, prodromi loco præmissa *Ichnographia de Jure Rom. Germ.*

Ao. 1622. Facultati juridicæ nomen profitebatur, summosque in Jure honores ambibat; superato itaque examine rigoroso, disputabat e. a. d. 28. Junii sub Præs. FRID. MEVII, ventilando *Decades IV. Conclusionum* de *Transactionibus.* Sic, exhibitis publice eruditionis suæ documentis, ut Licent. juris e. a. d. 10. Sept. una cum JOH. BURGMANNO, solemni ritu a FRID. GERSCHOVIO in Doct. juris fuit renunciatus & non multum post a Dn. DANIELE RUNGIO, Cancellario Wolgast. & Cognato suo Professioni juridicæ substitutus, quam a. 1623. excepit Professio juris extraordinaria & ab hinc triennio 1628. Professio eloqu. ordinaria. In Facultatem tamen Philosoph. nunquam fuit receptus, quia gradum Magisterii non habuit.

Ao. 1630. Calamitates belli tricennalis & militum Cæsareanorum vexationes & expilationes graviter expertus fuit; ita, ut etiam ædes suas vacuas uxorem & filium Cognatorum curæ relinquere & ipse Musæum in Collegio sibi ab Academia expetere coactus fuerit. (*)

Ao. 1636. d. 3. Oct. Rector Acad. eligebatur & d. 10. Nov. publice declarabatur. Paulo post eod. an. d. 4. Dec. in ordinem

(*) Testantur de hac sua calamitate, quam inopia omnium rerum pedissequa fuit, *Literæ ejus ad Universitatem sub d. 1. Dec. 1630. datæ*, quibus miserandum statum, in quem fuit detrusus, sequentibus verbis depingit:

Non est, quod pro servitiis, Marti, proh dolor! exacte præstandis exolvam; Tantum enim est, ut vel Civium ditissimus idem soluere gravaretur. - - - Ex nupero illo academico concluso (quo Professorum quilibet prius vim pati, quam temere contra salvam guardiam servitiorum oneri se submittere debe-

ret,

nem JCtorum ordinariorum ſucceſſor FRID. GERSCHOVII fuit vocatus, ita, ut ſimul a Duce BOGISL. XIV. ipſi, Dno MATTH. STEPHANI, Seniore & emerito, ſponte hoc munus deprecante, vi *Reſcripti ducalis de 1637. d. 3. Januar.* officium Directoratus Conſiſtorii deferreretur, eodemque a. d. 31. Dec. in Facult. juridicam reciperetur. Vid. *Annal. Acad. h. a.*

Ao. 1639. d. 19. Oct. ſecunda vice in Rect. Acad. eligebatur & d. 25. Nov. publice in hoc munus introducebatur, quodque ipſi per biennium prorogabatur.

Ao. 1642. d. 23. Iun. cum R. Conſiſtorium denuo introduceretur, a S R. Majeſt. Svecica vocatio ejus directoralis renovata ac confirmata fuit. Eodem quoque anno d. 9. Nov. in Promotione ſolenni doctorali a Capitulo Camminenſi ipſi Procancellariatus munus fuit demandatum, qua occaſione *Orat.* habuit de *Præeminentia & nobilitate JCtor.* Ao. 1644. d. 2. Jan. in Decanum Facult. juridicæ fuit electus & eod. an. d. 9. April iterum ex delegata auctoritate Capituli Cammin. in Promotione Magiſtrorum Pro-Cancellarii vices ſuſtinuit. v. *Annal. Fac. jurid. ad h. a.* Die 26. Oct. quem *Annales Facultatis jurid.* vel 28. Oct. quem *Annal. Acad.* referunt, noſter in Rect. Acad. iterum electus & d. 11. Nov. publice introductus eſt.

Tandem annorum numero gravis & perpetuis laboribus fractus æternam exoptavit requiem, quam etiam ſolutis corporeis vinculis beata morte obtinuit a. 1664. d. 17. Febr. hora inter 2 & 3. matutina, dulci quaſi ſomno ſopitus in Salvatore ſuo Chriſto deceſſit, æt. 73. an. & 20. derum.

Quanto zelo quantaque dexteritate ad canam uſque ſenectu-

re, decretum) ego, qui fere poſtremus in detrectatione Servitiorum præſtandorum hæſi, egentior multo factus ſum; utpote cujus ædes per direptionem inhabitabiles redditæ & multæ res a ſuppellectile furtim ablatæ; Immo, quod durius, miſerrima & dilectiſſima conjux cum filio in cuſtodia Vigilium, per aliquot dies helluantium, non ſine maximo damno, apud ſanguine junctum egerrime detenta fuit. v. *Extractum Actor. Acad. p. m. 101.*

nectutem officiorum ſibi concreditas ſpartas adminiſtraverit, publica abunde loquntur acta, ut nulla poſteritas de laude ejus reticeſcet. Symbolum ejus erat: Sat habet fautorum, qui bene ſemper agit. JOH. HEUNIUS in *Proſopographia metrica Profeſſor. Gryph.* ſequenti eum mactavit encomio.

Conſilii ſacri Director eraſque Profeſſor (Sacerdos)
Eunomiæ claro Vir gravis ingenio.

Uxorem habuit DOROTHEAM, JOHAN. WEGNERI, Profeſſ. hic Matthef. ordinarii, & GERTRUD. STYPMANNS filiam unicam, nec non PHILIPPI WEGNERI & ELISÆ HEIDENREICHS neptem, a. 1624. foedere matrimoniali ſibi junctam. v. GERSCHOVII *Catal. Patronorum, Fundator. Rector. ac Profeſſor. Acad. Gryph. n. 213.*

Filios genuit 1. JOACHIMUM, Nat. 1624. d. 18. Sept. inſcriptum 1635. d. 21. May. v. *Annal. Acad. h. a.* Eccleſiæ Garzenſ. in Rugia Paſtorem. †. 1656. d. 22. Jul. cujus ſelectam Bibliothecam Pater JOACHIMUS, ſuperſtes, Bibliothecæ ædis Nicolaitanæ in perpetuam memoriam aſſignavit. 2. JOHANNEM, inſcript. 1647. m. Septemb. v. *Ann. acad. h. a.* † 1662. d. 2. Nov. 3. FRIDERICUM MEVIUM, in infantia denatum 1646. d. Cal. Jun. v. *Progr. emort. de h. a.*

Filias 1. REGINAM. nat. 1635. †. 1637. v. *Progr. Funebre h. a.* 2. DOROTHEAM, in ipſo juventutis flore a. 1627. extinctam. v. *Progr. emort. de h. a.*

SCRIPTA

Quibus memoriam ſuam poſteritati commendavit, proſtant ſeqq.

I. DISPUTATIONES AC TRACTATUS.

1 *Ichnographia de Jure Rom. Germanico; Prodromi loco privatis lectionibus præmiſſa.* 1621. 4.

2 *Diſput. Inaug.* ſub. Præſ. FRIDER. MEVII, de *Transactionibus.* Gryph. 1622.

3 *Legale exercitium Diſput.* I. quod eſt: *Repetitio Prælect. Inſtitutionum juris compendioſa, ex Lib. I. deſumta.* Gr. 1623.

4 *Legale exercit. II.* ex *Lib. II. Titulis 9.* Gr. 1623.

5 :

5 - - *III.* ex *L. II. a. Tit. X. ad fin.* Gr. e. a.
6 - - *IV.* ex *L. III. Tit. 1. usque 13.* Gr. e. a.
7 - - *V.* ex *L. III. a Tit. 14. usque L. IV. Tit. 6.* Gr. e. a.
8 *Oratio*, cui Tit. *Æra IX.* OTHONIS *Episcopi Bambergensis, Pomeranorum, ut audit, Apostoli*, ſ. *Historica enarratio de Occasione conversionis Pomeranorum ad Christianismum ante annos 500. per* OTTONEM, *Episc. Bamberg. a* BOLESLAO, *Poloniæ R. vocatum, institutæ.* Occasione obitus D. P. JULII edita. Gryph. 1625. cum Progr. ALEX. CHRISTIANI, Rect. Acad. & Dec. Fac. Phil. propositum 1624. ipsa Dom. Jubilate. (**)
9 *Disp. I.* de *Actionibus*, 1626. d. Sept.
10 - - de *Juramentis*, e. a. d. Sept.
11 - - *Centuria Excerptorum feudal.* 127. d. 15. Sept.
12 - - de *Vigilantia legali, ducta ex præscripto §. 3. J. de J. & J.* 1627. d. Decemb.

13

(**) Postquam JOHANNES TRYGOPHORUS, Poes. & Histor. Professs. Gryph. jam a. 1606. septem actus Oratorios, tam in laudem, quam in vituperium OTTONIS, Episc. Bambergensis, instituerat, A. hoc anno jubilæo seculari 500. occasione & beneficio communicati ipsi pervetusti codicis, paulo post Pomeranorum conversionem conscripti, divinum hocce sacinus Episcopi OTTONIS accurate & plene describere, eaquepropter tribus diversis vicibus 1) de Conversionis Pomeranorum occasione, 2) de OTTONIS in Pomeraniam profectione, 3) de ipsa conversionis actione, perorare sibi constituerat; At, primam saltem promissi partem explevit, ubi insimul ex Epistola BOLESLAI, R. Polon. ad OTTONEM scripta, de Vita Ottonis pie & honeste acta, disseruit. Reliquæ in promissis substiterunt, dum eas in aliud tempus sustulit. Invitavit ad hunc actum oratorium ALEX. CHRISTIANI tt. Rect. Acad. & Facult. Philos. Decanus, institutum altera die post Dom. Jubilate, qui veteri stylo erat 19. novo autem 29. Aprilis. Verum, cum interim, donec orationem hanc typis mandaverit, Dux PHIL. JULIUS, piissimæ memoriæ, ingenti totius Pomeraniæ luctu, satis cesserit, in obitum & memoriam hujus optimi & desideratissimi Principis brevem Panegyricum adjecit; cujus & in Titulo facta est mentio.

13 *Apophoreta Ichnographica publicarum lectionum, quas præter privatas lectiones hoc præterito anno de materia, in serie Lectionum proposita, in Auditorio publ. instituit & absolvit.* Gryph. 1627.

14 *Disp.* de *Regis Romanorum in Imperatorem promovendi electione.* Gr. 1628. d. 6. Sept.

15 - - de *Defensione.* 1632. d. 7. Jul.

16 *Disp.* de *Civitatum provincialium jure & administrat.* est Inaug. PETRI STEPHANI. 1639. d. 24. Apri.

17 - - de *Concursu Creditorum.* Est Inaug. HARDEW. KEHREN e. a. d. 14. Nov.

18 - - *Conclusiones ex materia Pactorum ejusque parte vulgatiori, quæ est de pactis privatis.* e. a. d. 14. Cal. Dec. est Inaug. MART. BOEKELIN. cum *Progr. invit. ad 3 Disp. Inaug.* in 4. & Progr. *invit. ad Promotionem 7. Candid.* in Fol.

19 - - de *Successione ab intestato.* e. a. d. 14. Nov. est Inaug. JOACH. FREYTAGII.

20 - - de *Pupillari substitutione.* 1642. d. 15. Oct.

21 - - de *Pignoribus & hypothecis.* Resp. ANDR. AXEL KEVENBRINCK. 1643. d. 15. Mart.

22 - - de *Fidejussoribus.* 1644. d. 6. Jdus. Jun.

23 - - de *Foederibus.* e. a. d. Oct.

24 - - *ad l. 13. de SCto Silan. & Claud.* 1647. d. 17. Aug. est Inaug. CASP. HOYERI cum *Progr. invitat.*

25 - - de *Fidejussoribus.* e. a. d. 17. Aug. est Inaug. HENN. HEINRICHS cum *Progr. invitat.*

26 - - de *Poenitentia juris.* e. a. d. 23. Febr. cum *Progr. invitat. ad Dispp. 4.*

27 - - de *Legitima.* e. a.

28 - - de *Cessione bonorum.* 1650. d. 29. Aug. est Inaug. CASP. BUNSOWEN.

29 - - de *Mora.* Est Inaug. HENR. MICHAELIS. e. a. d. 5. Cal. Oct. ei. d. 26. Sept. cum *Progr. invit. ad Disp. Inaug.* in 4. it. *Promot. doct. in forma patent.*

30 - - de *Contractu & distractu Sponsaliorum.* 1651. d. 16. Jan. Est Inaug. M. CHRISTIANI WOLDENBERGII; cum *Progr. invit.*

31 - - de *Restitutione Spoliatorum*, quæ est inaug. JOH. POMMERESCHII, postea Professf. jur. 1651. d. 6 Febr. una cum *Programmate invitatorio ad Disp.* in 4.

32 - - de *Usucapionibus*. e. a. d. 29. Nov.

33 - - de *Regalibus*, Resp. CONR. FRIDLIBIO; post Professf. jur. e. a. d. Sept.

34 - - de *Advocatia*; quæ est Inaug. JO. CONR. BILLEBII, e. a. d. 6. Febr. cum *Progr. invit. ad Disp.* in 4.

35 - - *ad l. 3. ff. de Just. & jure*; quæ agit de *Defensione necessaria*. Resp. CONR. FRIDLIBIO. 1652. ipsis Cal. May.

36 - - de *Jure antichretico*. e. a.

37 - - de *Obligationibus ex maleficio*, s. *privatis delictis*. e. a. d. 4. Septemb.

38 - - de *Prohibita alienatione bonorum avitorum*, est Inaug. ANT. GÜNTH. FRITZII, post Prof. extr. e. a. d. 15. Julii, cum *Progr. invitat.* in 4.

39 - - de *Evictionibus & duplæ stipulationibus*. e. a. d. 3. Aug. est Inaug. GEORG. GOETSCHII, cum *Progr. invit. ad Disp.* in 4.

40 - - *Examen Juris Accretorii, pro faciliori intellectu l. un. §. 10. & 11. de Caducis toll.* est Inaug. Dn. HENN. CHRIST. GERDESII. e. a. d. 15. Jul. cum *Progr. invit. ad Disp.* in 4.

41 - - de *Vulgari substitutione*. e. a.

42 - - de *Quæstionibus in tortura reorum*. 1653. d. 15. Dec. est Inaug. G. HEGEWALD; cum *Progr. invitat. ad Disp.* in 4.

43 - - de *Defensione temperata*, s. *Moderamine inculpatæ tutelæ, ad intellectum L. ut vim 3. ff. de J. & J.* 1653. d. 12. Kal. Nov.

44 - - de *Tutela*. e. a. d. 2. Apr.

45 - - de *Domanio*, est Inaug. GVALT. GRIGGE, 1654. d. 15. Cal. Aug. i. e. d. 19. Jul. cum *Progr. invit. ad Disp.* in 4.

46 - - de *Judicio Stigmatis*. Inaug. GEORG. HARTMANNI, e. a. d. 20 Jul. cum *Progr. invitat. ad Disp.* in 4.

II. PROGRAMMATA.

I. *Decanatus, ad Disp. Inaug. Candidat.* & ad *Promotionum doctoralium* solennia frequentanda, jam supra, occasione Dispp. Inaug. recensuimus.

II. *Rectoratus;* & quidem
1. ad *Festa* solennia celebranda prostant
1. in Fest. Nativit. Christi 1636. in f. patente.
2. Paschatos 1637. in ead. forma.
3 - - Pentecostes ejusd. a. in ead. f.
4 - - in F. Michaelis ej. a. in ead. f.
5 - - Nativit. Christi a. 1639. in f. pat.
6 - - Paschatos. a. 1640. in ead. f.
7 - - Pentecostes ej. a. in ead. f.
8 - - St. Michaelis e. a. in ead. f.
9 - - Nativit. Chr. a. 1644. in ead. f.
10 - - Paschatos a. 1645. in ead. f.
11 - - Pentecostes e. a. in f. pat.
12 - - Michaelis e. a. in forma pat.
2. *Funebria* durantibus Rectoratuum annis varia edidit.

XXXI. RUDOLPHUS HAGEMEISTERUS. Sund.

Prof. jur. extraordin. post Civitatis Sund. Syndicus.

Primam vitæ usuram cepit in Metropoli hujus Provinciæ, celebri isto emporio, Sundio, a. 1595. d. 18. Dec. *Patre* fuit gavisus, cui prænomen ROLOFF, s. RUDOLPH, Cive ac Mercatore ibidem primi ordinis, nec non ad Ecclesiam, D. Mariæ sacratam, Provisore fidelissimo. *Matre* autem BARBARA HAGEMEISTERS; *Avo* paterno BERNHARDO, Cive ac Mercatore initio Rostochiensi, *Avia* autem GERHARD MÖLLERS. *Avo materno* ALBRECHTO HAGMEISTERO, Cive, Mercatore ac Provisore Ecci. St. Nicolai apud Sundens. *Proavo paterno* BERNHARDO, Consule Rostoch.

In teneri infantia parentum cura in fundamentis Christianismi imbutus; adolescente ætate, & quidem 12. anno, institutioni Rectoris Scholæ Gryph. LUCÆ TACCII, & Conrect. ANDR. HELLWIGII, viris hoc tempore maxime inclarescentibus, traditus est; quorum etiam sedula informatione tantum in humanioribus litteris profecit, ut Academiam patriam cum fructu frequentare potuerit.

Albo itaque Studiosorum *Gryphisw.* a. 1612. d. 16. Junii

Rect.

Rect. AUG. RHAU, inſcriptus. v. *Ann. acad. h. a.* Studio juris ibidem totum totumque ſe mancipavit, quod Roſtochii a. 1615. per integrum biennium, ſumma cum induſtria continuavit; ita, ut & publicum induſtriæ ſuæ ſpecimen ibidem prodiderit, ſub Præſidio CHRISTIANI OHMII, J. U. D. defendendo Diſp. de *Mero Imperio* d. 14. Febr. 1618. Quo ipſo huic Academiæ ſimul valedixit, & eod. adhuc anno in Acad. *Jenenſem* ſe contulit, ubi lectionibus atque exercitiis publicis celeberr. JCtorum. ORTHOLPHI FOMANNI, & Dominici ARUMÆI ſedulo interfuit, cujus etiam ultimi ſub Præſ. publice ventilavit *Diſp.* de *Jure tam reali, quam perſonali, ratione feudi conſtituti & acquiſiti ad Vaſallum, ſ. Seniorem, pertinentem.* Jen. 1620. Quin immo, ipſe collegia privata in jure aperuit. Abhinc *Lipſiam* petiit, ubi itidem per tempus aliquod commoratus, uſque dum a. 1621. a Patre ſuo domum fuerit revocatus.

Hujus etenim juſſui obediens, a. 1622. iterum Acad. patriam Gryphicam petiit, ubi viribus ingenii, per ſtudia ſatis politi, confidens, Facultati juridicæ ad tentandas eas ſemet ſtitit; & poſteaquam eruditio ejus inſimulque exacta in Jure ſcientia tentaminis rigoroſis ſatis ſub incudem fuerit vocata, publicum quoque, pro more hic recepto, exhibere volebat ejus rei documentum; ideoque d. 20. Junii 1622. Cathedram cum Præſ. ſuo, D. JOACH. VOLSCHOVIO, aſcendit & Diſputat. Inauguralem, proprio Marte erudite conſcriptam, de *famoſſimo Prælationis inter Creditores beneficio,* omnibus applaudentibus, defendit. Quibus tentaminibus feliciter ſuperatis, eod. adhuc anno d. 26. Sept. promeriti ipſi collati ſunt honores doctorales.

Ao. 1623. d. 6. Jan. in thori ſociam ſibi elegit DOROTH. BUNSOVIAM, CASPARIS, Senatoris Gryph. filiam. cum qua die Martis poſt Feſt. Michaelis ej. a. ſacerdotali copula fuit junctus. Quo itaque jam rei domeſticæ eo melius conſuleret, auream praxin forenſem cum Studiis academicis conjunxit; hinc Advocaturæ in Dicaſterio Ducali non minus incubuit, quam & ſtudioſæ juventuti ſua officia legendo obtulit; dum nonſolum Collegium Digeſtorum præſidendo aperuit, ſed & *Diſputationem, Decades 2. Quæſtionum j. controverſi* continentem, publice

Præſi-

Præsidendo a. 1625. non 18. sed 21. May Resp. ANDR. VELINX, Francisciburgo Pom. ventilavit.

Non itaque potuit non eruditio hujus viri omnibus innotescere, qua tantam sibi undique conciliabat famam, ut gratia Sereniss. Pomer. Ducis BOGISLAI XIV. a. 1625. ipsi Professio juris extraord. in hac Academia fuerit demandata. Qua statione Academiæ, turbulentis maxime istis temporibus, insignia præstitit officia; prout Annales Academici affatim testantur. Sic a. 1630. M. Januarii & iterum M. Februarii ab Universitate ad Comitia Sedinensia, non sine vitæ discrimine, fuit ablegatus. Ao. 1631. d. 21. May, permittente Colonello de PERUSSIS liberum e Civitate, a Cæsaribus tum occupata, transitum, nomine Academiæ corporalem arripuit possessionem prædii *Grubenhagensis*, post obitum Ducissæ SOPHIÆ HEDWIGS, Viduæ Ducis PHILIPPI JULII, Academiæ in usum cessi. v. *Annal. Acad. h. a.*

Ao. 1633. die 16. Januarii Senatus Sundensis hujus viri eruditione & in rebus agendis dexteritate captus, eundem ad arduum Syndici primarii munus vocavit; cui e. a. d. 6. May Juramento semet obstrinxit. Quo in officio summa fide ac dexteritate fuit functus; donec tandem a. 1638. Sundii in loco domicili, gravissimo morbo, mortis nuncio, fuerit interpellatus, cujus violentiæ succumbens d. 29. Aug. animam, corporeis vinculis solutam, Deo, Creatori reddidit. Postquam in hoc ærumnoso vitæ ergastulo, non per 44, sed saltem 42. an. & 8. menses fuerit detenta.

Concionem funebrem in obitum ejus habuit M. ARNOLDUS STOLTERFOTH, Ecclesiastes ad St. Nic. d. 31. Aug. quæ e. a. Gryphisw. typis impressa in 4. cui etiam Vitæ curriculum, vulgo Personalia dictum, cum Carminibus amicorum adjecta sunt.

Quanti vero in pretio apud omnes bonos hic pius & doctus Vir fuerit, patet inter alia ex testimonio, quod summe Vener. Theol. BALTH. RHAU, tum Rect. Acad. in *Programmate*, publico Universitatis nomine in Exequias JOHAN. ENGELBERTI,

qui

quique defuncti Hagemeisteri nostri sororius erat, a. 1638. d. 6. Sept. conscripto, exhibuit & sequentis est tenoris:

Ante 7. ferme dies denunciatus nobis est literis, Sundio missis, obitus, magis beatus, quam maturus, viri quondam Clariss. & excell. Dn. RUD. HAGMEISTERI, *J. U. D. & olim in hac Acad. Profess. h. t. autem Reipubl. Stralsund. Syndici meritissimi. Hic ipse, quia Reip. & literariæ & forensis egregium fuit fulcrum atque ornamentum, nemo piorum & prudentium potuit abstinere a luctu & moerore, qui triste auribus suis hausit nuncium, quo significatum, Virum, pietate sinterum, eruditione clarum, moribus & conversatione maxime urbanum, nec non ad hominum commoda natum ac factum, per mortem, Dei permissu & gubernatione a Reipubl. clavo avulsum, ab uxoris dilectissimæ latere sejunctum & Sororum, Affinium atque Amicorum suavi amplexu ereptum esse. &c.*

JOH. HEUNIUS in *sæpe all. Prosopographia* sequenti disticho succincte ejus laudis egit præconem:

Rite tibi solidam tribuit Themis enthea mentem
Ad sua consilia ut te Stralesunda vocet.

Emendatius postea illud reddidit Auctor in exemplari suo manuali sequentem in modum:

Sic tibi formavit Themis & prudentia mentem
Ambiat ut famam Sundia clara tuam.

XXXII. CHRISTOPHORUS PAULI. Grimmens.

De hoc Annales Academiæ produnt, quod, absolutis Studiis Academicis, a. 1626. D. FRID. GERSCHOVIO Decano, gradum ambierit Doctoris, quemque ob singularem, qua polluit, eruditionem suo jure impetravit. Sic enim JCtus consumatissimus FRID. GERSCHOVIUS in *Progr. invitatorio ad Disp. inaug.* de eo scribit:

Haud ita pridem præstantiss. Dn. CHRIST. PAULI, *Grim. Pom. nomen suum ampliss. Facultati jurid. professus est, seque in examine tum privato, tum qua Lectionem cursoriam publico, talem exhibuit, ut omnibus omnium suffragiis maxime dignus sit habitus, cui honores summmi conferuntur.*

Neque enim Jurisprudentiam leviter primisque labris delibavit, aut obiter a limine salutavit; Sed in ipsa ejus adyta penetravit. Addidit insuper Philosophiæ cognitionem insignem, illasque studiorum amoenitates, quæ solidioribus & severioribus litteris non tantum ornamentum & colorem, sed etiam firmamentum & robur conciliare solent.

Postquam itaque d. 26. Oct. sub Præsid. modo laudati Decani Dn. GERSCHOVII publice *Disp. Inaug.* ad *l. Contractus 23. ff. de Reg. Jur.* amplissimam utilissimamque & in foro quotidianam materiam, quid nimirum contrahentes in unoquoque Contractu sibi præstare habeant, publice & cum applausu ventilasset: d. 16. Nov. ej. an. testante *Progr. invitatorio ad hanc solennitatem*, ab eodem GERSCH. summi in jure honores eidem impertiti sunt.

Ao. 1628. Professio juris extraordinaria in hac Academia ipsi fuit demandata. v. *Ann. acad. h. a. sub Rectoratu* BARTHOL. KRACKEVITZII; At eod adhuc anno, cum Frantzburgum Consoceros visitandi causa fuerit profectus, morbus eum invasit, qui ipsam mortem habuit comitem, ita ut in ipso ætatis flore, dolentibus Musis, immatura quidem, beata tamen, morte d. 26. Dec. Frantzburgi e vivis fuerit sublatus; cadaver ejus ibidem d. 28. ejusd. tumulo fuit illatum, referentibus *Annal. acad. h. a. sub Rectoratu* FRID. GERSCHOVII. & JO. HEUNIUS *c. l.* memoriam ejus sequenti profecutus est encomio:

Grimmia quem genuit fis clarus in arte Professor
Juris, ut & dextra sedulitate doces.

Seu, ut in exemplari suo manuali emandatum reliquit:

Grimmia quem genuit Juris fit clarus in arte,
Hancque alios dextra sedulitate docet.

Uxor ejus fuit ANNA FELIX, ADRIANI, Consulis Frantzburgensis filia. v. GERSCHOV. in *all. Catal. n. 153.* Quod matrimonium, num foecundum fuerit, nec ne, non constat.

* * * *

Ne justos Programmatis fines excedam, invitus subsisto; Optarem enim, ut mihi ulterius excurrendi sit facultas, cum ordo me proxime ducit in vitam magni illius Herois eruditorum, DAVIDIS MEVII. Ecquis est hodie tam inaccessus, tam ab omni hominum consortio remotus in terris locus, quo non

non hujus præstantissimi viri fama pervaserit! quam speciali tractationi, si modo occasio suppetet, vel Bibliopola sumtus suppeditaturus sit, servabo.

Ex modo instituta recensione Vitarum Virorum, eruditionis ac nominis fama clarissimorum, inveniet CANDIDATUS, quæ ipse partim in eo virtutis tramite, quem ingressus, feliciter sectatus fuit, partim & exemplum ulterioris imitationis justæque æmulationis præbere possint. Vita ejus, hactenus laudabiliter transacta, jam satis in se continet argumenti: virtutem præmium, ut umbram corpus, sequi. Nec opus, ut ampullas hic projiciam laudumque CANDIDATI mei explicatorem agam. Sit judicium penes ipsum B. LECTOREM, qui ex vitæ ejus curriculo, mecum communicato, justum meritis ejus statuet pretium; Id, quod ipse sequentem in modum concepit:

Primam vitæ usuram, quæ summæ providentiæ gratia est, in hac Musarum sede Gryphica cepi, die Ima Julii 1738. a Patre susceptus optimo charissimoque JOH. GUSTAV. a BALTHASAR, Civitatis hujus Consule, quotidie de salute ejus bene merente, e Matre pie dilecta JULIANA BATTUS, b. M. THEODORI, Ministri Ecclesiæ Nicolaitanæ hujus Civitatis in cineribus colendi, filia (*). Hi, de quibus mihi gratulor, parentes, (faxit summum Numen! ut eos diu venerari mihi liceat,) relictis primis Scholarum trivialium subsellis, curæ cujusdam Candidati Theologiæ, MARTENS appellati, me tradebant, qui omni fide ac diligentia mihi primas Christianismi ac humaniorum litterarum lineas ducens, me iisdem tam instructum reddidit, ut An. 1748. a Viro plurimum reverendo, Dn. Mag. DAN. FRIED. SCHRÖDER, jam Ecclesiæ Gützkovianæ Vice-Plebano, de Schola & Ecclesia meritissimo, tunc temporis scholæ publicæ Rectore, Classi IVtæ adsociari dignus judicarer. Privata insuper in repetendo Lectiones ope Studiosi J. C. LUBAHN, jam Pastoris Deigelsdorffensis fidelissimi, sussultus, per duorum annorum spatium hujus classis alumnus permansi; illo autem elapso supremæ classis sodalis evasi. Non sine fructu quoque institutionibus b. M. ALB. BEHRENS, post Pastoris Sagardensis, & M. ALB. ALEX. GRÜNWALD, jam Past. Cröslinensis, quondam Conrectorum hujus scholæ, usus sum. Plurimum autem in humanioribus debeo Præclariss. Dn. M. HERM. JAC. LASIO, qui in hunc usque diem Scholæ huic publicæ in magnam nostræ juventutis utilitatem cum laude præest Rector vigilantissimus, dignissimus, cujus doctrinæ ac institutioni eleganti tam publicæ, quam privatæ, me totum totumque formandum per aliquot annos dedi.

Hujus eruditi Viri cura ac indefessa diligentia mox eo profeci, ut Ann. 1753. mense Sept. e Schola in Academiam hanc patriam, cujus fasces tunc

 tem

(*) ulterioremprogressum in imagines paternas vid. in *Rituali Academ. Generos. Dn.* PRÆSIDIS, *p. 56. & 57.* ibique all. loc.

temporis *Vir Magnificus ac Consultissimus*, AUGUSTIN A BALTHASAR, Patruus meus ad urnas usque colendus, gerebat, felici successu transire potuerim. Quamvis jam tum, immo, a primis pueritiæ annis stimulum ad Jurisprudentiæ Studium senserim, non tamen statim & illotis, ut ajunt, manibus illud tractavi. Persuasus, intellectum male ad sublimiora applicari, antequam Philosophia instrumentali cæterisque ejus disciplinis sit imbutus, & ad cogitandum redditus sit idoneus, tam *Logices* principia, primo a *Præclar. Magistro* BROCKMANN, ad ædam St. Nicolai Diacono vigilantissimo, & deinde a *Doctiss. Dn.* P. AHLWARDT, Log. ac Metaph. Professf. celeberrimo percepi; quam etiam *Metaphysices* dogmata & ab *Illo*, & a Mag. B. P. DROYSEN, jam Diacono Ecclesiæ Nicolaitanæ Sundensis dignissimo, didici; Cujus ex prælectionibus eo majorem hausi utilitatem, quo magis difficiliora hujus scientiæ principia, *exercitiis examinatorio-disputatoriis* mihi reddebantur familiaria. Nec quoque neglexi elegantem istam intellectus formatricem, *Mathesin puram* quam plus una vice ab *Excellentissimis Viris Domn.* J. C. DAEHNERT, Philos. & Juris publ. Svecani Professore in hac Academia clarissimo, & deinde a Dn. ANDR. MEYER, Mathes. & Phys. Professf. celeberrimo, magna cum voluptate explicatam audivi, ac præterea in prælectionibus solidissimis Dn. Mag. RÖHL, jam R. Observatoris Astronomici, repetivi. Illius Celeberr. MEYERI doctrina mihi etiam *in Physica experimentali*, ut & *in Astronomia* noscenda, fuit proficua; sicuti & laudatus Dn. DAEHNERTUS, solida eruditione in *Historia Litteraria* ornatus rarissimos Bibliothecæ publicæ, cui ut *Bibliothecarius* summa cum laude præest, libros nitido sermone mihi notos fecit atque cognitos. Quod studium litteraturæ deinde ulterius tractavi in prælectionibus, quas perdilectus Consanguineus meus, Dn. Mag. P. J. A. BALTHASAR, jam Præpositus substitutus Synodi Grimmensis, plurimum Reverendus, tunc temporis hic ad HEUMANNI *Conspectum Reipublicæ litterariæ* diligenter habebat. His pertractatis, Jurisprudentiæ limina salutans, me totum curæ ac doctrinæ *Patrui mei Celeberrimi*, AUGUSTINI A BALTHASAR, quem singulari pietatis affectu veneror, erudiendum tradidi. Hic, solidæ eruditionis laude conspicuus Legum Interpres, tanta cura, solertia ac pietate, juris peritiam, qua præditus est, in meam contulit utilitatem, ut dexteritatem ac pietatem ejus in me erudiendo, non satis laudibus efferre, sed tantum grato animo recordari possim. Præcipue illius privatissimæ institutioni indefessæ omnem fere debeo distinctam momentorum practicorum juris Romani cognitionem, quam, præmissa *Historia Jurium*, specialibusque in ipsum textum *Instit. Justin.* vice plus una habitis prælectionibus, mihi privatissimo collegio, ad ductum *Jurisprudentiæ suæ in Tabulas* digestæ, docendo ac examinando singulari solertia inculcavit. Cujus præceptis etiam in explicando *Jure Canonico* multo cum fructu gavisus sum. Singulari non minus cum animi delectatione ac grato affectu recordor doctrinæ *Magnifici p. t. Pro-Rectoris*, J. B. ENGELBRECHTI, Jurium in hac Academia Professoris, ob solidam pariter ac elegantem in Juris arte peritiam celeberrimi, qui *Juris Civilis* principia non solum ad ductum compendii HEINECCIANI, sed etiam deinde ad *Systema juris privati positivi civilis* NETTELBLADTIANI mihi aliisque explicavit doctissime; quod

eo

eo majori voluptati pariter ac utilitati mihi cedebat, cum iste certo hebdomadis die examinando latinis verbis profectus nostros tentaret. Hanc juris partem, ut præcipuam, iterum etiam docente Dn. E. C. ab ESSEN, hujus Acad. Prof. & Syndico celeberrimo, tam in *Collegio Institutionali*, quam *Pandectarum*, non sine fructu recolui. *Juris criminalis & Publici J. R. G.* hic mihi quoque prægustum dedit Vir Generosiss. atque Consultiss. S. C. ab AEMINGA, Pandect. in hac alma Prof. clarissimus Regiique Consistorii Adsessor gravissimus. Prælectionibus non minus Dn. ANDR. WESTPHALII, Med. Prof. celeberr. *Medico-legalibus, & demonstrationibus anatomicis* frequenter ac sedulo etiam cum fructu interesse mihi licuit. Insuper frequens mihi fuit occasio disputando aliisque modis linguam atque ingenium exercendi, publiceque specimina industriæ edendi. Opponentis spartam frequenter sustinui, & sub Præsidio præsentis Gravissimi PRÆSIDIS, jam spectatissimi Brabeutæ, *primam Dissertationem Jurisprudentiæ, in Tabellas ab eo redactæ* ac de novo in lucem editæ, An. 1755. publice defendi. Istiusmodi quoque speciminibus publicis mihi adnumerandum est, quod inter applausus festivos An. 1756. *tertio Jubilæo Academiæ nostræ* sacros, nomine cœtus Studiosorum orationem de *Jubilæis, inprimis in Pomerania celebratis*, in ipsis *Actis Jubilæis Academicis*, typis publicis impressis, *p. 189.* reperiundam, in magno Eruditorum aliorumque hominum confluxu, recitaverim. Id, quod mihi utique summo honori duco.

Sic quinquennio in Academia hac patria in litteris consumto, circa initium Anni 1759. cum vicinum belli incendium iterum in nostram Provinciam transiret, omniaque armorum, Minervæ adverso atque exoso, strepitu perterrita ac dissipata essent: ego, fato ita ferente, in Consortio Deputatorum hujus Pxovinciæ, quibus ad manus eram, eam reliqui, Sundiique, quod tum multitudine hostili clausum tenebatur, trium mensium spatio commoratus sum Ne tamen & hic locorum tempus otio transigerem, excolendæ ulterius linguæ Gallicæ, cujus fundamenta jam, manuductione præclariss. Dn. Mag. MELLENDORF, Studium linguarum occident. olim in hac nostra Acad. publice docentis, nunc Ecclesiæ *Weitenhagensis* Pastoris fidelissimi, sub instructione cujusdam Dn. HAHNII, nec non aliis litteris elegantioribus operam impendi, subsidium gratiosissime suppeditante Generosiss. Dno Consiliario Provinciali de CHARISIO, de tota Provincia pariter ac Inprimis Civitate Sundensi immortaliter merito, in cineribus adhuc singulari observantia colendo, cujus gratiæ debebam, quod Bibliotheca illius civitatis publica, splendidissima, semper mihi pateret.

Hisce in otiis tam colloquio eruditorum, quam propriis meditationibus mihi repræsentans immensum scientiæ, cui nomen dederam, campum, a Parentibus meis exoptatissimis sollicitabam concessionem, dudum jam jam a me exoptatam, exteras salutandi Musas. Hac impetrata, non multum de eligenda Academia ambiguus sed fama Virorum Illustrium, *Georgiam Augustam* ornantium, incitatus, navi Sundio Lubecam trajectus initio mensis Aprilis, conspectis in hac Imperiali & Hanseaticarum civitatum quondam principe, visu dignis, per Hamburgum & Hannoveram Göttingam profectus sum. Primi adventus mei dies mihi jam quævis exoptata augurabantur, dum summa

ma humanitate a nonnullis Viris doctissimis erudita instructione ac salutaribus consiliis excipiebar. Qua in re singulari laude gratoque animo mihi præ cæteris nominandus est Illustris J. S. PÜTTERUS, qui tam humanitate comitateque, quam & omnibus elegantioris literaturæ deliciis, & præclara non minus Juris tam publici, quam privati doctrina ornatus, studiorum meorum ordinem tam prudenter direxit, ut campum Jurisprudentiæ scientiarumque elegantiorum necessariarum brevis temporis spatio peragrare mihi licuerit. Sic in *Historia præcipuorum Europæ Regnorum* Doctorem habui *Illustr.* GEBAUERUM; cujus, canitie jam venerabilis Justitiæ sacerdotis, vastæ tam in Historicis, quam in juridicis, eruditionis fama undique jam dudum patuit, nec non *Exellentiss.* ACHENWALLUM, cujus viri, omnis politioris literaturæ deliciis expolitissimi, humanitatem mihi ex utilissima jucundissimaque consuetudine notam, pro meritis laudare haud valeo. Hoc ductore pragmatice tractata historia, ex hujus viri eloquentis ore etiam *Notitiam Status præsentis Europæ regnorum* eximia delectatione percepi, & singulari adhuc recordor voluptate, quod ipse laudatus ACHENWALLIUS meis quidem optatis postremo semestri præsentiæ meæ, in maturanda editione Compendii specialis *Prudent. Politicæ publicæ*, eoque simul explicando adnuere voluerit. *Histor.* vero *pragm. Imperii R. G.* ejusque *Publicum Jus* me tam eleganter ac solide, uti solet, docuit *Illustr.* PÜTTERUS, quem etiam mihi elegi Præceptorem & in cognoscendo *Processu Imperii amborum Imperii Tribunalium*, in quibus ipse antea præsens causas egerat & in addiscendis *Praxis judicialis artificiis.* Neutiquam etiam ingrata delevi oblivione familiaritatem ac doctrinam *Generosissimi & Consultiss.* de SELCHOW, qui, postquam Ill. GEBAUERUS mihi *Juris germ. antiquissimi vestigia*, in TACITO latentia, summa cum eruditione detexerat, *universi Juris, quo in Germania utimur, historiam* ac *Juris Germanici privati moderni* principia, mihi docte ac concinne singulari cum amicitiæ affectu exposuit; Neque in hac Musarum sede cæteras maxime necessarias *juris privati communis partes* neglexi; Sed, postquam a natu majori eruditorum geminorum BECKMANNORUM methodi elegantia ingeniique acumine præcellentissimo, *Juris Naturæ & Gent.* principia explicata audiveram, *Historiæ ac Antiquitatum Romanarum* a Dn. de SELCHOW instructus eram: etiam *Digestorum* Libris, tam in *illius* collegiis, quam in solidis prælectionibus celeb. MEISTERI, Viri integerrimi animi accerrimique judicii, sedulo incubui, hujusque ex ore *Jus Criminale* egregie explicatum percepi. *Decretalium ac Feudalis Juris* dogmata me singulari gravitatis ac humanitatis suavitate docuit magnus ille Magni JCti Patris Filius, Illustr. G. L. BOEHMERUS. In mentem quoque mihi revoco jucundam consuetudinem, quæ mihi cum Dn. WILLICHIO, Conterraneo, Civitatis Göttingensis Syndico, solida eruditione ornato, intercessit, ex qua multum me percepisse, profiteor. Ut autem & in divinis rebus cognoscendoque sapientiæ fonte cognitio mea augeretur, summa animi oblectatione frequentavi *Clariss.* Dn. MICHAELIS, qui magnæ doctrinæ ingeniique acuminis Vir Celeb. *nostræ religionis dogmata* ex limpidis rationis rivulis pariter ac genuino revelationis fonte proponebat. Quod studium, omnium maxime salutare, cognitione mirifici operis mundi rerumque in eo creatarum earumque caussarum naturæ

ac

ac effectuum a *Celebratissimo* HOLLMANNO in *Collegio Physicali* acquisita, admodum augebatur. In *Cosmographicis* studio Celeber. FRANZII; In excolenda *lingua gallica* instructione *Excell. M.* ISAAC *de* COLOM du CLOS, hujus linguæ Prof. celeberrimi, addiscendisque *Italici sermonis* fundamentis consuetudine Dn. d'ARATA usus sum. Ne autem indefinenter litteris involutus essem, etiam interdum excurrendo in vicinas regiones animum relaxavi; qua occasione stupendas silvas *Hercinias* transeundo, maximamque ejus montosæ regionis montem conscendi, ac in profundissimas argenti fodinarum abyssus & scrobes abii, nec non in *speluncam Baumannianam* ejusdemque subterraneas vias maxima admiratione ac stupore ductum me abdidi. Quo in itinere & memorabilia civitatis *Goslariensis*, per *Comitatum Werningerodanum* revertens, adspexi. Altera vice fontem *Pyrmontanum*, Serenissimarum Illustrissimarumque personarum præsentia isto tempore floridissimum, simulque *Abbatiæ Corbejensis* arcem, in qua Bibliothecarii vices gerens quidam Nobilis a MENGERSEN, qui nuperrime Romam reliquerat, mihi multa ob raritatem visu dignissima, insigni cum humanitate monstrabat. Viceque alia visurus Ordines ac ritus Catholicorum *Heilgenstadum* ac *Duderstadum* profectus sum.

Sic tandem Studiorum Academicorum metam attingens, hanc Musarum sedem, Galliæ copiis occupatam, mense Septembris An. 1760. reliqui. Circa abitum autem singularis ac inopinata mihi contingebat felicitas, quod in Exercitu Gallico, Gottingam occupante, obviam mihi venerint duo Patrueles, fratres, mihi cœtanei, &, ut arctissimo sanguinis, ita & familiaritatis nexu conjunctissimi, quorum alter locum Præfectus excubiarum alter Centurionis in exercitu hoc Gallico sustinebat; horum natu major, Serenissimo Copiarum Duci perquam gratus, mihi gratiosissimum accessum ad Ducem hujusque protectionem ac commeatus literas procurabat. Quibus stipatus, per duos exercitus *Hamoveram* adii. Qua in electorali sede, celebri civitate, honor mihi contigit, magnum illum, æterna gloria dignum nostraque laude majorem Mæcenatem, Perillustrem GERLACH. ADOLPH. A MÜNCHHAUSEN, Status Ministrum, Magnæque Brittanniæ Regi a Consiliis intimum, Regiæque Cameræ Præsidem Magnificum, submisse salutandi, qui ad gratiosissimum alloquium me admittere haud dedignabatur. Simili humanitate etiam fruebar in Domo Illustr. & perquam eruditi Dn. DAV. GEORG. STRUBE, in literatorum orbe scriptis maxime egregiis celebratissimi JCti. Singulari non minus comitate excipiebar a Consummatissimo illo JCto, Consil. aulico SCHEIDTIO, qui non solum domi jucundissimum mecum de rebus eruditis instituebat colloquium, sed & Bibliothecarii munus gerens, splendidi apparatus Regiæ Bibliothecæ rarissima quævis, suavissimo cum eruditionis sale mihi proferebat. His cum iis, quæ in arce electorali *Hernhausana* visu digna, non absque fructu conspectis, per *Zellam Hamburgum* profectus, ibique splendore adspectu dignorum per aliquot dies delectatus, *Wismariam*, summi Provinciarum Svecicarum in Germ. Tribunalis, tantorumque Virorum & progenie & meritorum gloria excellentium, florentissimam sedem, perveni. Ubi honor mihi contigit, Illustrissimo hujus Illustris Collegii supremi appellat. judicii *Præsidi*, Illustrique ac Generosissimo *Vice-Præsidi* obsequium ac observantiam debitam præsens contestandi, a quibus ut & nonnullis aliis tam muneris, quam eruditionis præcellentia ornatissimis cognatis ac amicis generosa humanitate ac liberali-

liberalitate ſum exceptus. De hinc per Roſtochium ad patrios Lares ex multis periculis juvenilibus ac itenerariis ſalvus, quæ ſupremi Protectoris eſt gratia, redii.

Hic iterum animum ad literas theoreticas æque ac practicas ruminandas applicavi, &, ut eo magis Patriæ, cui natus, inſervirem, munus Referendarii in Illuſtri, quod hic floret, judicio aulico Regio modeſte ambii; & favori Generoſiſſ. Dn. DIRECTORIS reliquorumque membrorum, nunquam non grata mente recolendo, debeo, quod memet Illuſtriſſimo Regimini cum alio quodam Candidato præſentaverint. Annuente illuſtriſſimo Regimine anno elapſo d. 6. Junii, exhibitis illuſtriſſ. Regiminis Codicillis, a Generoſiſſimo Reg. Dicaſt. Directore Dn. *F. J. Nobil. ab* ESSEN, ſummis in Rempublicam meritis pariter ac ætate venerando, quemque D. T. O. M. per ſeros usque annos Juſtitiæ ſalvum ſervare velit, ſolemniter in hoc Illuſtre Collegium ſum introductus.

Quamvis itaque jam per anni ſpatium huic officio, pro meis quidem viribus, haud vacuus præfuerim, tantum tamen abeſt, ut animum in theoriam propenſum in totum ab ea deflectere valerem, ut potius, pro impetranda licentia publice jus profitendi & me et alios in Jurisprudentiæ ſtudio perfectiores reddendi, anno jam elapſo ampliſſimæ Facultati Juridicæ & inprimis *Magnifico ac Graviſſimo Dno* PRÆSIDI, *Facult. ejusd. t. t. Decano*, nomen ſolito more profeſſus ſim. Grata itaque recolo mente, quod ampliſſima Facultas juridica, exantlatis examinibus aliisque tentaminibus, ad ſuſcipienda doctoralia inſignia me humaniſſime admiſerit.

Summa quæ me providentia in hunc diem incolumen ſervavit, & in ſuſtinendis laboribus adjuvavit clementiſſime, conatus meos & in poſterum ſibi velit habere quam commendatiſſimos, eſt, quod ſupplex oro atque voveo.

Apparet L. B. ex hac delineata vitæ ſcena Dni CANDIDATI, quantum hic ſudaverit & alſerit; quantumque Respublica literaria æque ac judiciaria ſibi de eo promittere habeat. Quo autem publicum eruditionis ſuæ exhibeat documentum, jam in eo eſt, ut *Diſputationem Inauguralem*, de nobili utiliſſimaque materia, ſcil. *Origine Feudorum in genere & inſpecie oblatorum in Pomerania*, proprio marte conſcriptam, publice pro Cathedra ſit defenſurus; quo actu diſputatorio finito jura ac privilegia Doctoris ex decreto Facultatis noſtræ ipſi conferre decrevi. Cui ſolennitati ut interſint eamque ſua præſentia illuſtriorem reddant, MAGNIF. DN. ACAD. RECTOREM, GENEROSISS. R. DICASTERII DN. DIRECTOREM, UTRIUSQUE COLLEGII PROCERES, nec non AMPLISSIMUM SENATUM CIVITATIS & REVERENDI MINISTERII ECCLESIASTICI ANTISTITES, LECTISSIMAMQUE STUDIOSORUM CORONAM ſummis precibus contendo.

P. P. Gryphisw. ſub Sigillo Facult. jurid.
MDCCLXII. d. Sept.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0036
DFG

33. Matthaeus, praes. von Zeugen der Kräuti gung Christi.

34. Matthaeus, praes. von Zeugen der Auferst. Christi.

35. Treiber, de exauctione Fenestrarum, von Fenstern Einschmeißen.

36. Treiber, de clausula cadicillari.

37. Trefenreuter, de his qui heredes institui prohibentur.

38 Treuer, de superstitionis conditoribus et propagatoribus.

39. Treuer, logomachia in juris naturae doctrina.

40. Treuer, de decoro gentium circa belli initia.

41. Treuer, de auctoritate et fide gentium et rempubl. Vom Credit der Völker und Monarchen.

42. Tribbechovius de commercio.

43. ——— ——— ——— ———

44 Trier, de jure stapulae civitatis Francofurtanae ad Viadrum.

45. Trier, de officio Ordinarii in academiis.

46. Trappanneger, de potestate electorum et principum imperii circa jus nobilitatis subditis suis conferendis.

47. Trappanneger, de dote non promissa praestanda.

48. Trappanneger, de momento temporis.

49. Helis, an fideicommissarius successor rerum fidei commissariarum dominus sit, propterea que rem ex venditione aut permutatione rei fidei commisso subjectae acquisitam licet fuerit, a possessore intermedio gravato, postmodum alienata nihilominus tanquam rem fidei commisso subjectam, a tertio possessore vindicare possit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0037
DFG

50. Helis, de jure separationis in concursu Creditorum et utrum hoc jus in Lusatia Superiori etiam post quinquennium locum habeat.

51. Helis, quousque parentibus licitum sit liberis suis hereditatem detrahere et quid ad voluntatem parentum maxime nunc participanda probandam requiritur?

52. Helis, si quis nomen ceserum sub condit. emptionis acceptet, an et qualem actionem habeat acceptans, adversus cedentem periculo existente: etc.

53. Helis, in quantum et quibus modis uxor pro marito valide se obligare queat? et quid hac in re cum primis in Lusatia Superiori sit juris?

54. Helis, quousque superstes conjux, altera parte defuncta in bonorum possessione defendi, eaque ipsi competere queat?

55. Helis, an forsit cum tertio contrahentis beneficio divisionis gaudeant?

56. Hoffmann. de origine, progressu et natura jurisprudentiae criminalis germanicae.

57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex juris germanici principiis explicata.

58. Hoffmann de coemeteris ex urbibus tollendis, nun Wegschaffung der Gottesäcker aus den Städten.

59. Hoffmann. de communionis bonorum conjugalium non natura atque principiis.

60. Hoffmann, de jure separandi alodium a feudo

61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.

62. Hoffmann, de jure consuetudinis.

63. Hoffmann, de die ac nocte nuptiali, nun dem Hochzeit Tage und der Braut nacht.

64, Hoffmann, nuptiarum fundamentum tempora. in welcher Zeit man zu andern Ehe schreiten könne.

65. Hoffmann, observationes quaedam testamentariae.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877359776/phys_0039
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877359776/phys_0040
DFG

rente *lib. 6. de bell. Gall. c. 19.* proditum: *ntas pecunias ab uxoribus dotis nomine acce- is bonis, æstimatione facta, cum dotibus com- omnis pecuniæ ratio conjunctim habetur, fru- Vter eorum vita superarit, ad eum pars utrius- uperiorum temporum pervenit.* Si hæc testi- ta sunt, si nimium exigimus ab ætate, qua enta aut latebant, aut negligebantur, mi- quod non vel ex sola nativa & domestica im jurium, quæ in nuptiis observantur, nt, morum illorum rationes non ex san- rum, sed patriis consuetudinibus esse pe- bant tot germanica nomina & verba, quæ niam pervenisse, aliquem somniare pos- debatur. Huc referenda MORGEN- ALITIUM, DONARIUM, GE- ciſ aliaque quæ vel ex ipso sono originis facile deprehendi potuissent, nisi illo tem- i artificio fuisset habitum, Germanorum ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge- faciem perdere. Hæc in præsenti mate- nstrari possent, si liberum esset ad specia- & in diversam DOTIS GERMANI- ONUMQUE CONJUGALIUM uirere. Id vero nostrum jam non pati- rspicientibus, quam vastus & difficilis hic uem paucis & angustis dissertationis aca- ıbsolvere, non permittitur. Placuit in alla is acquiescere, & de eo tantum, quod udentia DONATIONEM PRO- TIAS appellare solet, paucis dixisse.

F I N I S.

CON-